ficare. Cæterum aliquando paritura, nidum fecit. Egressa autem ea ad pabulum, evenit, mare à vehementi concitatum vento elevari supra nidum, atque hoc submerso, pullos perdere. Hæc reversa, re cognita, ait, Me miseram, quæ terram ut insidiatricem cavens, ad hoc confugi, quod mihi longe est infidius.

Affabulatio.

Fabula significat, homines etiam quosdam ab inimicis cavendo, ignaros in multo graviores inimicis amicos incidere.

Piscator.

PIscator in fluvio quodam piscabatur. Extensis autem retibus, & fluxu comprehenso, utrinque funi alligato lapide, aquam verberabat, ut pisces fugientes incaute in retia inciderent. Cum quidam vero ex iis qui circa locum habitabant, id facere videret, increpabat quod fluvium turbaret, & claram aquam non sineret bibere. Et is respondit, Sed nisi sic fluvius perturbetur, me oportebit esurientem mori.

Affabulatio.

Fabula significat, civitatum etiam rectores tunc maxime quæstum facere, quum patrias in seditionem induxerint.

Simius & delphin.

MOris quũ esse navigãtibus Melitenses catulos & simios adducere in solamen navigationis, navigans quidam habebat secũ & simiũ. Cumautẽ perven sent ad Suniũ Atticæ promontoriũ, tempestatẽ vehementẽ fieri contigit, Navi autẽ eversa

ποιεῖσθαι. καὶ δή ποτε πλεῖν μέλλοντα, ἐπιποιεῖσθαι. ἐξελθόντος δέ ποτε αὐτοῦ εἰς νομὴν, συνίζει ἡ θάλασσα ὑπολάβρυκυμα τοιοῦτον ἀνδρὶ ναύτῃ, ὑφαιρεθῆναι τῆς κλίμακος, καὶ ταύτῃ ὑπολυθῆναι. οἱ νησιῶται διαφθεῖραι. ὁ δὲ ἐπανελθὼν καὶ γνοὺς τὸ πρᾶγμα, εἶπε. δικαία ἔγωγε, ἥτις τὸν ἐμὸν ἐπίκλητον φυλάττομεν, ὅπως ταύτῃ κατέφυγον, ἢ μοι πολλῷ χάριτι ἀπέστειλε.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἀνθρώπων ἔνιοι τοὺς ἐχθροὺς φυλαττόμενοι, λανθάνουσι πολλῷ χαλεπωτέρους τοὺς ἐχθρῶν φίλους ἐμπίπτοντες.

Ἁλιεύς.

Ἁλιεύς τις ποταμῷ ἁλίευε. διατείνας δὲ τὸ δίκτυον, καὶ τὸ ῥεῦμα ἀθρόως ἐπιλαβὸν, ἐκατέρωθεν κατὰ τὸ αὐτὸ ἐφέρετο λίθον, τὸ ὕδωρ ἔτυπτεν, ὅπως οἱ ἰχθύες φεύγοντες, ἀπαραφυλάκτους τοῖς βρόχοις ἐμπέσωσι. τῶν δὲ ἀεὶ τὸν τόπον οἰκούντων τὰς θεατὰς μὲν τοῦτο ποιοῦντα, ἐμέμφετο ὡς τὸν ποταμὸν θολοῦντα, καὶ διεφθείρ ὕδωρ μὴ συγχωροῦντα πίνειν. καὶ ὃς ἀπεκρίνατο, ἀλλ' εἰ μὴ οὗτος ὁ ποταμὸς ταραχθείη, ἐμὲ ἁλόντ λιμῷ τηκόμενον ἂν φαγεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τοὺς πολίτων οἱ δημαγωγοὶ τότε μάλιστα ἐργάζονται, ὅταν τὰς πατρίδας εἰς στάσιν καθιστῶσιν.

Πίθηκος καὶ ἀλῶπεξ.

Ἔθος ἦν τοῖς φιλίοις Μιλησίαις κυνίδια καὶ πιθήκους ἐπαίδευον, ὡς παρὰ μοῦσαν τῷ σκύλ. φιλοῦντες τὸν ἑαυτῶν καὶ πίθηκον. γενομένων δ' αὐτοῖς κατὰ τὸ Σένιον τὸ τῆς Ἀτλικῆς ἀκροτήριον, χειμῶνα σφοδρὸν συνέβη γενέσθαι. τῆς δὲ νεὼς ἀναστατούσης,

& omnibus enatãtibus, natabat & simius. Delphis autem aliquis ipsum conspicatus, & hominem esse ratus, digressus sustinebat ad terram perferens. Ut vero in Piræo fuit Athenienſium navali, rogavit simiũ, in genere esset Athenienſis. Quum autem hic diceret, & claris ibi esse parentibus, rogavit, an & Piræum nosset. Ratus autem simius de homine eum dicere, ait, & valde amicum esse ei, & familiarem. Et delphis tanto mendacio indignatus, submergens ipsum occidit.

Affabulatio.

Fabula in viros qui veritatem ignorantes, decipiendum esse existimant.

Muscæ.

IN cella quidam melle effuso, muscæ advolantes comedebant. Implicitis autem earum pedibus, evolare non poterant. Cum vero suffocarentur, dicebant, Miseræ nos, quia ob modicum cibum perimus.

Affabulatio.

Fabula significat, multis gulam multorum malorum esse causam.

Mercurius & statuarius.

MErcurius scire volens quanti apud homines esset, ivit in statuarii domum, transformatus in hominem: & visa statua Jovis, rogabat, quanti quis ipsam emere posse. Hic autem cum dixisset, drachma, ait, & quanti Junonis, ait. Cum dixisset, pluris; visa & sua ipsius statua, ac opinatus, cum nuncius sit deorum, & lucrosus, maximã de se apud homines haberi rationem, rogavit de se.

Sta-

καὶ πάντων διακολυμβώντων. ἐνήχετο καὶ ὁ πάϊς. ἅλφις δέ τις αὐτὸν θεασάμενος, καὶ ἀνθρώπων ἐν ὑπολαβὼν, ἀπολλὼν ἀνέχε διακομίζων ὅπη τῷ χάρσον. ὡς δὲ κατὰ τὴν Πειραιᾶ ἐχθύετο τὸ τῆς Ἀθηναίας ὄπιστεον, ἐπυνθάνετο τὸ παιδίον, εἰ τὸ γένος ἐστὶν Ἀθηναῖος. τὸ δὲ ἐπόνησε, καὶ λαμπρῶν ἐνταῦθα τυγχάνων γονέων, ἐπανήρετο, εἰ καὶ ἡ Πειραιᾶ ὅπῃ ζώη. ὑπολαβὼν δὲ ὁ παιδίον φησὶν ἀνθρώπῳ αὐτὸν λέγειν. ἔφη, καὶ μάλα φίλον εἶναι αὐτῷ καὶ σωτῆρα. καὶ ὁ ἁλιεὺς ὅτι τοσούτῳ φιλοῦντι ἀγαπητὸν ἦσας, βαπτίζων αὐτὸν ἀπέκτεινεν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρας, οἳ τὰ ἀληθῆ καὶ εἰδότες, ἀπατᾶν νομίζουσιν.

Μῦς.

Ἐν τινι ταμείῳ μίλιτος ἐκρυβήτου, μῦς πρόσωπα κατηύρεν. ἐμπαίζοντων δὲ τῶν φοδῶν αὐτῷ, ἀνάπλεως οὐκ εἶχεν. ὀσπιζόμενος δὲ ἔλεγον, ὦθλιοι ἡμεῖς, ὅτι διὰ βραχεῖαν βρῶσιν ἀπολλύμεθα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι πολλοῖς ἡ λιχνεία πολλῶν καὶ κακῶν αἰτία γίνεται. λιχνεία

Ἑρμῆς καὶ ἀγαλματοποιός.

Ἑρμῆς γνῶναι βουλόμενος εἰ τίνι τιμᾷ παρ' ἀνθρώποις ἐστὶν, ἦλθεν εἰς ἀγαλματοποιεῖον, ἑαυτὸν εἰκάσας ἀνθρώπῳ· καὶ θεασάμενος ἄγαλμα τοῦ Διὸς, ἠρώτα, πόσου τις αὐτὸ ὠνεῖσθαι δύναται. τοῦ δὲ εἰπόντος, δραχμῆς, γελάσας, ἅπτεται τοῦ τῆς Ἥρας, ἔφη. εἰπόντος δὲ, πολλοῦ, ἰδὼν καὶ τὸ ἑαυτοῦ ἄγαλμα, καὶ νομίσας ὡς ἐπιεικὲς ἄγαλμά ἐστι Διὸς καὶ κιρδᾷ, πολλοῦ αὐτὸ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι τὸν λόγον, ἤρετο καὶ αὐτό. ὁ

Statuarius vero ait, Si hasce emeris, & hanc tibi additamentum do.

Affabulatio.

Fabula in virum glorioſum, qui nullius apud alios eſt precii.

Mercurius & Tireſias.

MErcurius volens Tireſiæ vaticinium, an verum eſſet, cognoſcere, furatus ipſius boves ex rure, venit ad ipſum in urbem ſimilis factus homini, & ad ipſum divertit. Boum autem amiſſione renunciata Tireſiæ, ille aſſumpto Mercurio exivit, augurium aliquod de fure conſideraturus, & huic jubet dicere ſibi, quamnam avem viderit. Mercurius autem primum vidiſſe aquilam à ſiniſtris ad dexteram volantem dixit. Hic non ad ſe eam attinere quum dixiſſet, ſecundo cornicem ſuper arbore quadam ſedentem vidit, & modo ſuperius adſpicientem, modo ad terram declinatam, & vari refert. Et is re cognita, inquit, Sed hæc cornix jurat & cœlum & terram, ſi tu velis, meas me recepturum boves.

Affabulatio.

Hoc ſermone uti quiſpiam poterit adverſus virum furacem.

Canes.

HAbens quidam duos canes, alterum venari docuit, alterum domum ſervare. Cæterũ ſi quando venaticus caperet aliquid, & domus cuſtos particeps una cũ eo dapis erat. Ægre ferente autẽ venatico, & illi objiciente, quod ipſe quotidie laboraret, ille nihil laborans ſuis nutriretur laboribus; reſpon-

ἢ ἀγαλμαλογοποιὸς ἦσθ, ἐὰν τύπτῃς ὠνήσῃ, καὶ τῶν σφυδρικῶν σοὶ δίδωμι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρα κιβδηλοδόξον, εὐδιάφθορα παρὰ ἄλλοις ὄντα τιμῆ.

Ἑρμῆς καὶ Τειρεσίας.

Ἑρμῆς βουλόμενος τὴν Τειρεσίου μαντικὴν, εἰ ἀληθὴς ἐστι, γνῶναι, κλέψας τὰς ἀγέλας τὰς αὐτοῦ βοὸς ἐξ ἀγρωνίας, ἣν ὡς αὐτὸν εἰς ἄξυλον ἐλθόντα ἀνθρώπῳ, καὶ παρ' αὐτῷ κατέλυσε. τῆς δὲ νυκτὸς βοῶν ἀπωλείας ἀχθεσθείσης τῷ Τειρεσίᾳ, ἐκεῖνος παραλαβὼν τὸν Ἑρμῆν ἐξῆλθεν, οἰωνοῦ τινα σκεψόμενος, καὶ τύτῳ παρήνει φράζειν αὐτῷ, ὅπου ἂν τὰς ὀρνίθων θυσίας. ὁ δὲ Ἑρμῆς τὸ μὲν πρῶτον θαυμάσας αἰτὸν ἐξ ἀριστερῶν ὀρνεῶν τὰ δεξιὰ διέπτα μανίαν, ἔφασκε. τῷ δὲ φήσαντι μὴ πρὸς αὐτοῦ εἶναι τὸν. ἐν δευτέρᾳ κορώνην εἶδεν ἐπί τινος δένδρου καθημένην, καὶ ποτὲ μὲν ἄνω βλέπουσαν, ποτὲ δὲ πρὸς τὴν γῆν κατανύσσουσαν, καὶ τῷ μάντει φράζει. καὶ ὃς ὑπατυχὼν εἶπεν. ἀλλ' αὕτη ἡ κορώνη διόμνυται τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὡς ἐὰν σὺ θέλῃς, τὰς ἐμὰς ἀποπλήσομαι βοῦς.

Ἐπιμύθιον.

Τύτῳ τῷ λόγῳ χρήσαιτο ἄν τις πρὸς ἄνδρα κλέπτην.

Κυνὸς.

Ἔχων τὴν δύο κύνας, τὴν μὲν ἑτέραν θηρεύειν ἐδίδαξε, τὸν δὲ λοιπὸν οἰκουρικὸν ἐποίησε. καὶ δὴ ἐπεὶ ὁ θηρευτικὸς ἄγριος ἦν, καὶ ὁ οἰκουρὸς συμμιμεῖτο αὐτοῦ τὴν δεινότητα. ἀγανακτῶν δὲ ὁ θηρευτικὸς, καὶ κύνων ὀνειδίζων, εἰ γε αὐτὸς μὲν καθ' ἡσυχίαν μοχθεῖ, ἐκεῖνος δὲ μηδὲν ποιῶν τοῖς αὐτοῦ πρόσεισι σίτοις

respondens ipse ait, Non me, sed herum reprehende, qui non laborare me docuit, sed labores alienos comesse.

Affabulatio.

Fabula significat, adolescentes qui nihil sciunt, haud esse reprehendendos, quum eos parentes sic educaverint.

Maritus & uxor.

HAbens quidam uxorem, quæ domesticis omnibus inimica erat, voluit scire an etiam erga paternos domesticos ita afficeretur: quapropter cum rationabili prætextu ad suum ipsam misit patrem. Paucis vero post diebus ea reversa, rogavit quomodo erga illos habuisset. Hæc vero cum dixisset, bubulci & pastores me suspectabant; ad eam, ait, Sed O uxor, si eos odisti, qui mane greges agunt, sero autem revertuntur, quid sperare oportet in iis, quibuscum toto conversaris die?

Affabulatio.

Fabula significat, sic sæpe ex parvis magna & ex manifestis incerta cognosci.

Hœdus & lupus.

HOedus derelictus à grege, persequente lupo, conversus ad eum dixit, O lupe, quoniam credo me tuum cibum futurum, ne injucunde moriar, cane tibia primum ut saltem. Lupo autem canente tibia, atque hœdo saltante, canes cum audissent, lupum persecuti sunt. Hic conversus hœdo inquit, Merito hæc mihi fiunt: oportebat enim me, cocus cum sim, tibicinem non agere.

Affa-

ὑπελαζὼν αὐτὸς εἶπε, μὴ ἐμὲ, ἀλλὰ τὸν διδάσκαλον μέμφε, ὃς σε φονεῖν με ἐδίδαξεν, ἀλλὰ φύσις ἀλλοτρίως ἐᾷδειν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῷ γέροντι οἱ μηδὲν ὀφείλοντες, ὡς μεμπτοί εἰσιν, ὅταν αὐτῷ οἱ γονεῖς οὗτοι ἀγάζωνται.

Ἀνὴρ καὶ γυνή.

Ἔχων τις γυναῖκα τοὺς τοῦ κατ' οἶκον ἅπαντας ἀπιχθῶς ἔχουσαν, ἠβουλήθη γνῶναι εἰ καὶ πρὸς τὸν παῖδα φύσει οἰκίας ἔχει διάκειται. διὸ δὴ καὶ μεῖ' ἄλλων τοιαῦτα ποιεῖν τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ ὅπως ἑλὴ πατέρα· μὴ δ' ὀλίγας ἡμέρας ἐπανελθούσης αὐτῷ, ἐπυνθάνετο. πῶς πρὸς τοὺς ἐκεῖ διάκειται. τῆς δὲ φαμένης, ὡς οἱ ἀκόλουθοι καὶ οἱ ποιμένες μὲ ὑποδεέστερόν τοι πρὸς αὐτὸν ἔχει, ἀλλ' ὦ γύναι, εἰ τούτοις ἀπιχθάνῃ, οἳ ὄρθρου μοι τὰς ποίμνας ἐξελαύνουσιν, ὀψὲ δὲ εἰσίασι, τί χρὴ τοιοῦτον δρᾶν περὶ τούτων, οἷς πᾶσαν σωδιέπουσες ἡμέραν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω πολλάκις ἐκ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα, καὶ ἐκ τῶν τοιούτων τὰ ἄδηλα γνωρίζεται.

Ἔριφος καὶ λύκος.

Ἔριφος ὑστερήσασα τῆς ποίμνης, ὑπὸ λύκου καταδιωκόμενος, ὅπως σωθείη δὲ πρὸς αὐτὸν, εἶπεν, ὦ λύκε, ἴσθι πέπεισμαι ὅτι σὺν βραχεῖ γε ἡσομαι. ἵνα μὴ ἀηδὼν λοιδορίαν, αὖλησον πρότερον ὅπως ὀρχήσωμαι. ὁ δὲ λύκος αὐλεῖν, καὶ τὸν ἔριφον ὀρχεῖσθαι, οἰκείως ἀκούσαντες τὸν λύκον ἐδίδασκον. ὁ δὲ ὀπισθεῖς τῇ ἱερείᾳ φησὶ, δικαίως ταῦτά μοι γίνεται. δεῖ γὰρ με μάχεσθαι ὄντα, αὐλητὴν μὴ μιμεῖσθαι.

Affabulatio.

Fabula significat, qui ea, quibus natura apti sunt, negligunt, quæ vero aliorum sunt exercere conantur, in infortunia incidere.

Cancer & vulpes.

CAncer è mari cum adscendisset, in loco quodã pascebatur. Vulpes vero esuriens, ut conspexit, accessit ac eum rapuit. Ille devorandus, ait, Sed ego justa patior, qui marinus quum sim, terrestris esse volui.

Affabulatio.

Fabula significat homines, etiam qui propriis derelictis exercitiis, ea quæ nihil conveniunt aggrediuntur, merito infortunatos esse.

Citharœdus.

CItharœdus rudis in domo calce incrustata, ut solebat, canens, & contra resonante ipsi voce, putabat valde canorus esse. Itaque ob id elatus, cogitavit etiam theatro sese committere oportere. Profectus verò ad se ostendendum, quum male admodum caneret, lapidibus ipsum explosum abegerunt.

Affabulatio.

Fabula significat, sic ex rhetoribus quosdam, qui in scholis videntur esse aliqui, cum ad res publicas se conferunt, nullius precii esse.

Fures.

FUres in domum quandam ingressi, nihil invenerunt nisi gallum, atque hoc capto abierunt. Hic ab eis occidendus rogabat, ut se dimitte-

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τῷ μὲν πρὸς ἃ πεφύκασιν ἀμελοῦντες, τὰ δὲ ἐπίφορα ὀπτᾶν θέλοντες, δυσχερείας ἐμπίπτουσι.

Καρκῖνος καὶ ἀλώπηξ.

Καρκῖνος ὀπὸ τῆς θαλάσσης ἀνεβαίνει, ὁπί τινος ἐνέμετο τόπου. ἀλώπηξ δὲ λιμώττουσα, ὡς ἐθεάσατο, προσελθοῦσα ἀνέλαβεν αὐτόν. ὁ δὲ μέλλων καταβιβρώσκεσθαι, ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα, ὃς θαλάττιος ὢν, χερσαίου ἠθελοδιωγμήθην.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τὰ ὁπωσοῦν οἰκεῖα καταλιπόντες ὀπιθοδόμητα, καὶ τοῖς μηδὲν προσήκουσιν ὀπιχειροῦντες, εἰκότως δυσχεροῦσι.

Κιθαρῳδός.

Κιθαρῳδὸς ἀφυὴς ὁ οἰκῶν κίονα αὐλῷ σιωπᾶσθαι ᾄδων, καὶ ἀντιτυχὼν αὐτῷ τῷ φωνῆς, εὐθὺς σφόδρα εὔφωνος εἶναι μὴ δὴ ἐπαρθεὶς ὅπλῳ τέτῳ, ἔγνω δεῖν καὶ δεκτικὸν ἑαυτὸν ὀπιδεῖξαι. ἀφικόμενος δ' ὅπου δείξασθαι, καὶ κακῶς ᾄδων πάνυ, λίθους ἀυτὸν ἐξωσμένους ἀπήλασαν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὅσῳ καὶ τὸ ἐπιτήδειον ἴνιοι ἐν ταῖς σχολαῖς δοκοῦσί εἶναί τινες, ὅταν δὲ τὰς ἀσχολίας ἀφίκωνται, ἐδενὸς ἄξιοί εἰσι.

Κλίπλαι.

Κλίπλαι εἴς τινα εἰσελθόντες οἰκίαν, εὗρον δέρρον, ὅπ μὲν ἀλεκτρυόνα· καὶ τοῦτον λαβόντες ἀπήγεσαν. ὁ δὲ μέλλων ὑπ' αὐτῶν θύεσθαι, ἐδεῖτο, ὡς ἂν αὐτὸν

mitterent, dicens, utilem esse hominibus, ut qui noctu eos ad opera excitet. Hi vero dixerunt, Sed propter hoc te tanto magis occidimus; illos enim excitando, furari nos non sinis.

Affabulatio.

Fabula significat, ea maxime pravis esse adversa, quæ bonis sunt beneficia.

Cornix & corvus.

COrnix corvo invidens, quod is per auguria hominibus vaticinaretur, ob idque crederetur uti futura prædicens, conspicata viatores quosdam prætereuntes, ivit super arborem quandam, stansque valde crocitavit. Illis vero ad vocem conversis, & stupefactis, re cognita quidam inquit, Abeamus, heus vos, cornix enim est quæ crocitavit, & augurium non habet.

Affabulatio.

Fabula significat, eodem modo & homines cum præstantioribus certantes, præterquam quod non ad æqua perveniunt, risu quoque dignos esse.

Cornix & canis.

COrnix Minervæ sacrificans, canem invitavit ad epulas. Ille vero ad eam dixit. Quid frustra sacrificia absumis? Dea enim adeo te odit, ut ex peculiaribus quoque tibi auguriis fidem sustulerit. Cui cornix, Ob id magis ei sacrifico, ut reconcilietur mihi.

Affabulatio.

Fabula significat, pleroſque ob lucrum non venari inimicos beneficiis prosequi.

αὐτὸν ἀποκύσωσι. λέγων, χρήσιμον εἶναι τοῖς ἀνθρώποις τὸν νυκτὸς αὐτοῦ ὄπτα τὰ ὄρνεα ἐγείρειν. οἱ δὲ ἔφασαν, ἀλλὰ διὰ τοῦτό σε μᾶλλον θύομεν· ἵνα μὴ ἐγείρων, κλέπτειν ἡμᾶς οὐκ ἐᾷς.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ταῦτα μάλιστα τοῖς πονηροῖς ἐναντία, ἃ τοῖς χρηστοῖς ἐστιν ὠφελήματα.

Κορώνη καὶ κόραξ.

Κορώνη φθονήσασα κόρακι, ὅτι τῷ δι' οἰωνῶν τοῖς ἀνθρώποις μαντεύεται, καὶ διὰ τοῦτο μαρτυρομένῳ ὡς πορρωτέρω τὸ μέλλον. θεασαμένη τινὰς ὁδοιπόρους παριόντας, ἦλθεν ἐπί τι δένδρον, καὶ σταθεῖσα μεγάλως ἐκραξε. τῷ δὲ πρὸς τὸν φωνὸν ἐπιστραφέντων, καὶ καταπλαγέντων, ὑπτυχόν τις ἔτη, ἀπόμαιον ὦ ἔτοι, κορώνη γάρ ἐστιν ἥτις κέκραγε, κἀ οἰωνισμὸν οὐκ ἔχει.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω καὶ τῷ ἀνθρώπων οἱ τοῖς χρήσιμα μὴ μελετῶντες, πρὸς τῷ τῶν ἴσων μὴ ἐπιτεύξασθαι, καὶ γέλωτα ὀφλισκάνουσι.

Κορώνη καὶ κύων.

Κορώνη Ἀθηνᾷ θύουσα, κύνα ἐπὶ ἑστίαν ἐκάλει. ἡ δὲ πρὸς αὐτὴν ἔφη, τί μάτην τὰς θυσίας ἀναλίσκεις; ἢ γὰρ θεὸς οὔπω σε μισεῖ ὡς καὶ τῷ σωπηρόφωνα σοι οἰωνῶν τὴν πίστιν πεπιστεῦσθαι. καὶ ἡ κορώνη πρὸς αὐτὴν, διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτῇ θύω, ἵνα διαλλαγῶμεν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι σοφοὶ διὰ πάρεργον τοὺς ἐχθροὺς διαλύεσθαι οὐκ ἐκπλήττει.

Κόραξ

Corvus & serpens.

CORVUS cibi indigens, ut serpentē in aprico quodam loco dormientem vidit, hunc devolando rapuit. Hic cum se vertisset, atque momordisset ipsum, corvus moriturus dixit, Me miserum, qui talē reperi lucrum, ex quo etiam pereo.

Affabulatio.

Fabula in virum qui ob thesaurorum inventionem de salute periclitatus sit.

Monedula & columba.

MOnedula in columbario quodam colūbis visis bene nutritis, dealbavit sese, ivitque ut & ipsa eodem cibo impertiretur. Hæ vero, donec tacebat, ratæ eam esse columbam, admiserunt. Sed cum aliquando oblita vocem emisisset, tunc ejus cognita natura, expulerunt percutiendo; eaque privata eo cibo rediit ad monedulas rursum. Et illæ ob colorem cum ipsam non nosscent, à suo cibo abegerunt: ut duorum appetens, neutro potiretur.

Affabulatio.

Fabula significat, oportere & nos nostris contentos esse, considerantes, haberi cupiditatem, præterquam quod nihil juvat, auferre sæpe & quæ adsunt bona.

Monedula.

MOnedulam quum quis cepisset, & pedem alligasset filo, suo tradidit filio. Hæc non ferendo victum inter homines, ubi parumper libertatem nacta est, fugit, in suumque nidum se contulit.

Circum-

Κόραξ καὶ ὄφις.

Κόραξ τροφῆς ἀπορῶν, ὡς κατεῖδεν ἔν τινι ἁλίῳ τόπῳ ὄφιν κειμένον, τοῦτον κατακόψας ἥρπασε. τοῦ δὲ ὄπισθα φίλτρου καὶ δακόντος αὐτὸν, ἀποθνήσκειν μέλλων εἶπεν. δίκαια ἔγωγε, ὃς τοιούτου ἔργου ἅψασθαι, ἐξ οὗ καὶ ἀπόλλυμαι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρα δι' ἐπαίνων ὕβρεσιν ὑπὸ σωτηρίᾳ κατδεδυκότα.

Κολοιὸς καὶ πελειάς.

Κολοιὸς ἔν τινι πελειῶνι πελειὰς ἰσῶν καλῶς τρεφομένας, λευκάνας ἑαυτὸν ἔλαθεν, ὡς καὶ αὐτὸς τῆς αὐτῆς διαίτης μεταλαμβάνων. αἰδὲ μέχρι μὲν νὺξ ἔχρα, οἰόμεναι πελειὰν αὐτὸν εἶναι, προσίεσθε. ἐπεὶ δὲ πολὺ ἐκλαθόμενος ἐφθέγξατο, τὴν ἰκαὶ τὴν ἀπὸ γνῶσαι φύσιν, ἐξήλασαν παίκτην· καὶ ὃς ἀποτυχὼν τῆς ἐνταῦθα τροφῆς, ἐπανῆκε πρὸς τοὺς κολοιοὺς πάλιν. κἀκεῖνοι διὰ τὸ χρῶμα αὐτὸν οὐκ ἐπιγνόντες, τῆς μεθ' αὑτῶν διαίτης ἀπεῖρξαν· ὥστε δυοῖν ἀπολωλέκαι, μηδετέρας τυχεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς τοῖς ἑαυτῶν ἀρκεῖσθαι, λογιζομένους, ὅτι ἡ πλεονεξία πρὸς τῷ μηδὲν ὠφελεῖν, ἀφαιρεῖται καὶ τὰ προσήκοντα πολλάκις.

Κολοιός.

Κολοιόν τις συλλαβὼν, καὶ δήσας αὐτοῦ τὸν πόδα λίνῳ, τῷ ἑαυτοῦ παρίδωκε παιδί. ὁ δὲ μὴ ὑπομείνας ἢ μὴ ἀνθρώπων δίαιταν, ὡς πρὸς ὀλίγον ἀφείας ἔτυχε, φυγὼν ἧκεν εἰς ἢ ἑαυτοῦ κολιάν

Circumvoluto vero ramis vinculo, evolare haud valens, quum moritura esset, secum loquebatur, Me miseram, quæ apud homines non ferens servitutem, incaute me vita privavi.

Affabulatio.

Fabula significat, nonnunquam quosdam, dum se à mediocribus student periculis liberare, in majora incidere.

Mercurius,

IUpiter Mercurio jussit, ut artificibus omnibus mendacii medicamentum misceret. Hic eo trito, & ad mensuram facto, æquabiliter singulis miscuit. Quum vero solo relicto sutore, multum superesset medicamenti, totum acceptum mortarium ei miscuit. Atque hinc contigit artifices omneis mentiri, maxime vero omnium sutores.

Affabulatio.

Fabula in mendaces artifices.

Jupiter.

IUpiter formatis hominibus omneis illis affectus indidit, solum indere pudorem oblitus est. Quapropter non habens undenam ipsum introduceret, per turbam ingredi eum jussit. Hic vero primum contradicebat, quod indigna ferret. Vehementius vero eo instante, ait, Sed ego sane his ingrediar pactis, si amor non ingrediatur: si ingrediatur, ipse exibo quamprimum. Ex hoc profecto evenit, omnia scorta inverecunda esse.

Affabulatio.

Fabula significat, captos amore inverecundos esse.

Jupiter

τοῦτο λαβόντα δὲ τὸ δεσμὸν τοῖς πλαίοις, ὑποπτήσαι μὲν δρακόντιον, ἐπειδὴ δὲ ὑποθήσειν ἐμέλλε, πρὸς ἑαυτὸν εἶπε, δεῖλαι ὅμοιε, ὃς τῶν παρ' ἀνθρώποις μὴ ὑπομένης δυλείαν, ἴλαδον ἐμαυτὸν τῆς ζωῆς στερήσας.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τινὲς διὰ ὅτι μείζονα κινδύνων ἑαυτοὺς βυλόμενοι ῥύσασθαι, εἰς μείζονα περιέπεσον.

Ἑρμῆς.

Ζεὺς Ἑρμῆν ἀπέστειλε πᾶσι τοῖς τεχνίταις φθόνος φάρμακον ἐνεῖχεν. ὁ δὲ τοῦτο τρίψας, καὶ μίσητρον ποιήσας, ἕνα ἑκάστῳ ἐνέχριεν. ἐπεὶ δὲ μόνα τὰ σκυτέως ὑπολειφθέντος, πολὺ καταλείποι φάρμακον, ὅλιγα λαβὼν τῷ θυείᾳ ἐνέχριεν αὐτῷ. καὶ τότε σωίζει τοὺς τεχνίτας ἅπαντας φθόνου, μάλιστα δὲ πάντων τοὺς σκυτέας.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς φθονολόγους τεχνίτας.

Ζεύς.

Ζεὺς πλάσας τοὺς ἀνθρώπους, τὰς μὲν ἄλλας διανοήσεις ἀνεπὶς ἐνόησε, μόνῳ δὲ ἐνθείᾳ ἡ αἰχύνῃ ἐπλάσθετο. διὸ καὶ μὴ ἔχων πόθεν ἀνάυτῶν εἰσαγάγῃ, δια' ἧς ὄχλος αὐτῶν εἰσελθὼν ἐκέλυσεν. ἢ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀντέλεγεν ἀναξιοπαθέσα. ἐπεὶ δὲ σφόδρα αὐτῇ ἐνέκειτο, ἔφη, ἀλλ' ἄγωγε ἐπὶ ταύταις εἰσέρχομαι ταῖς ὁμολογίαις, ἐὰν ἔρως μὴ εἰσέλθῃ. ἂν δὲ εἰσέλθῃ, ἀν τῇ ἐξελθούσῃ παραυτίκα. διὸ δὴ τοῦτο σωίζει πάντας αἰδήμονας αἰσχύντους εἶναι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοὺς ὑπ' ἔρωτος καταχειμένους, αἰσχύντους εἶναι συμβαίνει.

Ζεύς.

Jupiter.

IUpiter nuptias celebrans, omnia animalia convivio excipiebat. Sola vero testudine tarde profecta, admiratus causam tarditatis, rogavit eam, quâobrem ipsa ad convivium non accesserit. Quum hæc dixisset, Domus chara, domus optima, iratus ipsi, damnavit ut domum bajulans circumferret.

Affabulatio.

Fabula significat, plerosque homines eligere parce potius apud se vivere, quam apud alios laute.

Lupus & ovis.

LUpus à canibus morsus, & male affectus, abiectus jacebat. Cibi vero indigens, visa ove, rogabat ut potum ex præterfluente flumine sibi afferret. Si enim tu mihi, inquit, dederis potum, ego cibum mihi ipsi inveniam. Illa, re cognita, ait, Sed si ego potum do tibi, tu & cibo me uteris.

Affabulatio.

Fabula in virum maleficum, per simulationem insidiantem.

Lepores.

LEpores olim belligerantes cum aquilis, invocarunt in auxilium vulpes. Hæ autem dixerunt, Vobis auxiliaremur, nisi sciremus qui vos estis, & cum quibus bellamini.

Affabulatio.

Fabula significat, eos qui cum præstantioribus certant, suam salutem contemnere.

For-

Ζεὺς.

Ζεὺς γάμους τελῶν πάντα τὰ ζῶα θύεται. μόνος δὲ τῶν χελώνης ὑστερησάσης, διαπορῶν τὸν αἴτιον τῆς ὑστερήσεως, ἐπυνθάνετο αὐτῆς, τίνος χάριν αὐτὴ ἐπὶ τὸ δεῖπνον οὐ παρεγένετο. τῆς δὲ εἰπούσης, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος· ἀγανακτήσας καὶ αὐτῆς ἀπεδείκνυσι τὸν οἶκον βαρὺ ἕλκουσαν περιφέρειν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ πολλοὶ τὴν ἀνδρώπων αἰρεσιν τῶν μᾶλλον λεπτὸς παρ' ἑαυτοῖς ζῶν, ἢ παρ' ἄλλοις πολυτελῶς.

Λύκος καὶ ποίμαλος.

Λύκος ὑπὸ κυνῶν διωκθεὶς, καὶ μόλις πάσχων, ἐσέβαλε τροφῆς δὲ ἀπορῶν, θεασάμενος ποίμαλος ἀφέτους τοὺς ἐν τῷ παραρρέοντος αὐτοῦ ποταμῷ κομίσαι. εἰ γὰρ σὺ μοί, φησι, δώσεις σοῦλον, ἐγὼ τροφὴν ἁπαλὴν θύρσω. τὸ δὲ ὑπολυχνὸν, ἔφη, ἀλλ' ἐὰν ἐγὼ σοῦλον ἐπιδῶ σοι, σὺ καὶ τροφῆ μοι χρήσῃ.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρα κακέργον, δι' ὑποκρίσεως ἀφορμὴν ἔχοντα.

Λαγωοί.

Λαγωοὶ ποτὲ πολεμοῦντες ἀετοῖς, παρεκάλεσαν εἰς συμμαχίαν ἀλώπεκας. αἱ δὲ ἔφασαν, ἴσως δήπου μετ' ἐν ὑμῖν. εἰ μὴ ἤδεισαν τίνες ἐστὲ, καὶ τίσι πολεμεῖτε.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τοῖς κακίστοις φιλονεικοῦντες, τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καταφρονοῦσι.

Μύρ-

Formica.

QUæ nunc formica, homo olim fuit. Hic agriculturæ assidue incumbens, non erat propriis laboribus contentus, sed & vicinorum fructus surripiebat. Jupiter autem indignatus hujus habendi cupiditate, transmutavit eum in hoc animal, quæ formica appellatur. Verum quum mutasset formam, non & affectum mutavit. Nam hucusque arva circumeundo, aliorum labores colligit, & sibi recondit.

Affabulatio.

Fabula significat, natura pravos, etsi maxime speciem transmutaverint, mores non mutare.

Vespertilio & mustela.

VEspertilio in terram cum cecidisset, à mustela capta est: & cum occidenda foret, pro salute rogabat. Hac vero dicente, non posse ipsam dimittere, quod natura volucribus omnibus inimica foret; ait, Non avem, sed murem esse: & sic dimissa est. Postremo autem cum iterum cecidisset, & ab alia capta mustela, ne voraretur, orabat. Hac autem dicente, cunctis inimicam esse muribus; Se non murem, sed vespertilionem esse dicebat; & rursus dimissa est. Atque ita evenit, bis mutato nomine, salutem consequutam fuisse.

Affabulatio.

Fabula significat, neque nos in iisdem semper esse oportere, considerantes, eos qui ad tempus mutantur, plerumque pericula effugere.

Via.

Μύρμηξ.

Μύρμηξ ὁ ναῦς, τὸ παλαιὸν ἄνθρωπος ἦν· καὶ τῇ γεωργίᾳ διλωτικῶς προσέχων, ἐ τοῖς ἰδίοις ἠρκεῖτο πόνοις, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶ γειτόνων ἡρπαζε ὑφηρεῖτο. ὁ δὲ Ζεὺς ἀγανακτήσας ἐπὶ τῇ τούτου πλεονεξίᾳ, μεταμόρφωσεν αὐτὸν εἰς τοῦτο τὸ ζῶον, ὃ μύρμηκα καλεῖται. ὁ δὲ τὴν μορφὴν ἀλλάξας, τὴν διάθεσιν οὐ μετέβαλε. μίσει γὰρ τὸν ναῦν τοὺς ἀρούρας σπείρων, τοὺς ἑτέρων πόνους συλλέγει, καὶ ἑαυτῷ ἀποθησαυρίζει.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φύσει πονηροὶ, κἂν τὸ μάλιστα τὸ εἶδος μεταλλάξωσι, τὸν τρόπον ἐ μεταβάλλουσι.

Νυκτερὶς καὶ γαλῆ.

Νυκτερὶς ἐπὶ γῆς πεσοῦσα, ὑπὸ γαλῆς συνελήφθη· καὶ μέλλουσα ἀναιρεῖσθαι, ἐδεῖτο σωτηρίας ἐδύνατο. τῆς δὲ φαμένης, μὴ δικαίως αὐτὴν ἀπολλύειν, φύσει γὰρ πᾶσι τοῖς πτηνοῖς πολεμεῖν· αὐτὴ ἴλεγεν, οὐκ ὄρνις, ἀλλὰ μῦς εἶναι· καὶ οὕτως ἀφέθη, ὕστερον δὲ πάλιν πεσοῦσα, καὶ ὑπὸ ἑτέρας συλληφθεῖσα γαλῆς, μὴ βρῶσθαι ἐδεῖτο· τῆς δὲ εἰπούσης, ἅπασιν ἐχθραίνειν μυσὶν, αὐτὴ μὴ μῦς, ἀλλὰ νυκτερὶς ἴλεγεν εἶναι· καὶ πάλιν ἀπελύθη. καὶ ἅπαν σωιζεῖν δὶς αὐτὴ ἀλλαξαμένη τὸ ὄνομα, σωτηρίας ἔτυχεν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς μὴ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ ἐπιμένειν, λογιζομένους, ὡς οἱ τοῖς καιροῖς συμμεταχηματιζόμενοι πολλάκις τὸν κίνδυνον ἐκφεύγουσιν.

Ὅσοι

Formica.

QUæ nunc formica, homo olim fuit. Hic agriculturæ assidue incumbens, non erat propriis laboribus contentus, sed & vicinorum fructus surripiebat. Jupiter autem indignatus hujus habendi cupiditate, transmutavit eum in hoc animal, quæ formica appellatur. Verum quum mutasset formam, non & affectum mutavit. Nam hucusque arva circumeundo, aliorum labores colligit, & sibi recondit.

Affabulatio.

Fabula significat, natura pravos, etsi maxime speciem transmutaverint, mores non mutare.

Vespertilio & mustela.

VEspertilio in terram cum cecidisset, à mustela capta est: & cum occidenda foret, pro salute rogabat. Hac vero dicente, non posse ipsam dimittere, quod natura volucribus omnibus inimica foret; ait, Non avem, sed murem esse: & sic dimissa est. Postremo autem cum iterum cecidisset, & ab alia capta mustela, ne vorarctur, orabat. Hac autem dicente, cunctis inimicam esse muribus; Se non murem, sed vespertilionem esse dicebat; & rursus dimissa est. Atque ita evenit, bis mutato nomine, salutem consequutam fuisse.

Affabulatio.

Fabula significat, neque nos in iisdem semper esse oportere, considerantes, eos qui ad tempus mutantur, plerumque pericula effugere.

Via.

Μύρμηξ.

Μύρμηξ ὁ νοῦν, τὸ παλαιὸν ἄνθρωπος ἦν· καὶ τῇ γεωργίᾳ διλωσκὰς φερούσχων, ἐ τοῖς ἰδίοις ἠρκεῖτο πόνοις, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν γειτόνων καρπὰς ὑφηρεῖτο. ὁ δὲ Ζεὺς ἀγανακτήσας ἐπὶ τῇ τότε πλεονεξίᾳ, μεταμόρφωσεν αὐτὸν εἰς τοῦτο τὸ ζῶον, ὃ μύρμηξ καλεῖται. ὁ δὲ τὸ μορφὴν ἀλλάξας, τὸ διάθεσιν οὐ μετέβαλε. μέχρι γὰρ τοῦ νῦν τὰς ἀρούρας φείδεται, τὰς ἀπέρους πόνους συλλέγει, καὶ ἑαυτῷ ἐπιθησαυρίζει.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φύσει φιλοπόνοις, κἂν τὸ μάλιστα τὸ εἶδος μεταβληθῶσι, τὸν τρόπον ἐ μεταβάλλουσι.

Νυκτερὶς καὶ γαλῆ.

Νυκτερὶς ἐπὶ γῆς πεσοῦσα, ὑπὸ γαλῆς συνελήφθη· καὶ μέλλουσα ἀναιρεῖσθαι, φησὶ σωτηρίας ἐδέετο. τῆς δὲ φαυλῆς, μὴ δικάσαθαι αὐτὴν ἐπαλοῦσαν, φύσει γὰρ πᾶσι τοῖς πτηνοῖς φιλεμεῖν· αὐτὴ ἔλεγεν, εἰκ ὄρνις, ἀλλὰ μῦς εἶναι· καὶ οὕτως ἀφείθη, ὕστερον δὲ πάλιν πεσοῦσα, καὶ ὑπ' ἄτερας συλληφθεῖσα γαλῆς, μὴ βεφθῆναι ἐδέετο· τῆς δὲ ἐπιούσης, ἅπασιν ἐχθραίνειν μυσὶν, αὐτὴ μὴ μῦς, ἀλλὰ νυκτερὶς ἔλεγεν εἶναι· καὶ πάλιν ἀπελύθη. καὶ ἔπος συμβὰν δὶς αὐτῇ ἀλλαξαμένῃ τὸ ὄνομα, σωτηρίας τυχεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς μὴ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ ἐπιμένειν, λογιζομένους, ὡς οἱ τοῖς καιροῖς συμμείλασχημα τίζόμενοι πολλάκις τὰς κινδύνους ἐκφεύγουσιν.

Ὅδοις

Viatores.

VIatores juxta littus quoddam iter facientes, venerunt in ſpeculam quandam, & illic conſpicati ſarmenta procul natantia, navim eſſe magnam exiſtimarunt: quamobrem exſpectarunt tanquam appulſura ea eſſet. Cum vero à vento lata ſarmenta propius forent, non navim amplius, ſed ſcapham videre videbantur. Advectis autem illis, quum ſarmenta eſſe vidiſſent, inter ſe dixerunt, Ut nos igitur fruſtra, quod nihil eſt, exſpectabamus.

Affabulatio.

Fabula ſignificat, nonnullos homines, qui ex improviſo terribiles eſſe videntur, cum periculum feceris, nullius eſſe precii inveniri.

Aſinus ſilveſtris.

ASinus ſilveſtris aſino viſo domeſtico in loco quodam aprico, profectus ad ipſum, beatum dicebat, & corporis bona habitudine, & cibi perceptione. Deinde vero cum vidiſſet eum ferentem onera, & agaſonem retro ſequentem, & baculis ipſum percutientem, ait, Aſt ego non amplius beatum te exiſtimo. Video enim non ſine magnis malis habere te felicitatem.

Affabulatio.

Fabula ſignificat, non eſſe æmulanda lucra, in quibus inſunt pericula, & miſeriæ.

Aſini.

ASini olim propterea quod aſſidue onera ferrent & fatigarentur, legatos miſerunt ad Jovē ſolutionē laborum petentes. Hic autem offendere ipſis volens

Ὀδοιπόροι.

Ὀδοιπόροι κατά τινα αἰγιαλὸν ἐδόκουν τι, ἦλθον δή τινα σκοπιάν. κἀκεῖθεν θεασάμενοι φρύγανα πόρρωθεν ἱππλέοντα, ναυῒ εἴῃ μεγάλῃ ᾠήθησαν· διὸ δὴ προσέμειον, ὡς μελλόντες αὐτῆς προσορμίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ ἀτέμου φερόμενα τὰ φρύγανα ἐγγυτέρω ἐγένετο, οὐκέτι ναῦν, ἀλλὰ σωλοῖον ἐδόκουν βλέπειν. ἐξιενχθέντα δὲ αὐτὰ, φρύγανα ὄντα ἰδόντες, πρὸς ἀλλήλους ἔφασαν, ὡς ἄρα μᾶλλον ἡμῖν τὸ μηδὲν ὂν προσιεθήχέμεθα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι ἐξ ἀφροσύνης δοκοῦντες φρονεῖν εἴῃ, ὅταν εἰς πεῖραν ἔλθωσιν, οὐδενὸς διαφέροντες εὑρίσκονται ἄξιοι.

Ὄνος ἄγελος.

Ὄνος ἄγελος ὄνον ἰδὼν ἡμέρων ἔν τινι ἀκμῇ τύπτων, προσελθὼν αὐτὸν ἐμακάριζεν, ὅτι τε τῇ διαίτῃ τῷ σώματος, καὶ τῇ τῆς τροφῆς ἀπολαύσει. ὕστερον δὲ ἰδὼν αὐτὸν ἀχθοφοροῦντα, καὶ τὸ ὀνηλάτου ὄπισθεν ἑπόμενον, καὶ ῥοπάλοις αὐτὸν παίοντα, ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε οὐκέτι σε δυσαμενίζω. ὁρῶ γὰρ, ὡς οὐκ ἄνθρωπων κακῶν μεγάλων τὸ δυσαμενίαν ἔχεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐκ ἔστι ζηλωτὰ μὴ κατὰ δύναμιν καὶ παλαιπωρεῖν κέρδη.

Ὄνοι.

Ὄνοι ποτὲ ἐπὶ τῷ συνεχῶς ἀχθοφορεῖν καὶ παλαιπωρεῖν, πρέσβεις ἔπεμψαν πρὸς τὸν Δία, λύσιν τῶν πόνων αἰτούμενοι. ὁ δ' αὐτοῖς ἐπιτρέψας βουλόμενος

volens, id non posse fieri, ait, tunc eos liberatum iri laboribus, quum mingendo fluvium fecerint. Ac illi eum verum dicere existimantes, ex illo & nunc usque, ubi aliorum urinam viderint asinorum, illic & ipsi circumstando mingunt.

Affabulatio.

Fabula significat, unicuique quod fatale est, ineurabile esse.

Asinus & vulpes.

ASinus indutus pelle leonis, vagabatur reliqua bruta perterrens. Cæterum visa vulpe, tentavit & hanc perterrefacere. Hæc autem (casu enim ipsius vocem audiverat) ad ipsum ait, Sed bene nosti, quod & ego te timuissem, nisi rudentem audivissem.

Affabulatio.

Fabula significat, nonnullos indoctos, qui externis aliqui esse videntur, ex sua loquacitate redargui.

Asinus & ranæ.

ASinus ligna ferens, pertransibat paludem quandam. Lapsus autem, ut decidit, nec surgere posset, lamentabatur, ac suspirabat. Ranæ autem quæ erant in plaude, auditis ejus suspiriis, Heus tu, dixerunt, & quid faceres, si tanto hic tempore, quanto nos, fuisses, quum, quia ad breve tempus cecidisti, sic lamenteris?

Affabulatio.

Hoc sermone uti quispiam poterit in virum segnem, qui ob minimos quosque labores tristatur, quum ipse majoribus facile resistat.

Asinus

νος, ὅπ τῶ το ἀδύνατόν ἐςιν, ἔφη, τότε αὐτοῦ ἀπαλλαγήσεδαι τῆς κακοπαδείας, ὅταν ὑρέντες ποιήσωσι πόλεμόν. κἀκεῖνοι αὐτὸν ἀληθεύειν ὑπολαζόντες, ἀπ' ἐκείνε καὶ μέχρι δ ὑλιῶ ἔνδα ἔδοξεν ἱπτίων ἐδωπὸν ὄναι, ἐνταῦδα καὶ αὐτοὶ σρατόπεδα ἐποιήσαντο.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦδος δηλοῖ, ὅπ ἑκάς ῳ τὸ πεφυκὸς ἀγαθὸν ἀπόβλητον ἐςιν.

Ὄνος καὶ ἀλώπηξ.

ΟΝος ἐνδυσάμενος λεοντῆν, φοβερὸς ἦν τοῖς ζώοις ἐπιφαινόμενος. καὶ δή ποτε ἀλώπεκα ἐπειρᾶτο καὶ ταύτην διαφθεῖραι. ἡ δὲ (ἐπιγνοῦσα αὐτοῦ τὴν δειλίαν) πρὸς αὐτὸν ἔφη· ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγὼ ἄν σε ἐφοβήθην, εἰ μὴ ὄγκον κωμῶντα ἤκουσα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦδος δηλοῖ, ὅτι ἐνίοις τῶν ἀπαιδεύτων, τοῖς ἔξω δοκοῦντές τινες εἶναι, ὑπὸ τῆς ἰδίας γλωσσαλγίας ἐλέγχονται.

Ὄνος καὶ βάτραχοι.

ΟΝος ξύλα βαςάζων, διέβαινέ ποτε λίμνην. ὀλισθήσας δὲ ὡς κατέπεσεν, ἐξαναςῆναι μὲν δυνάμενος, ἀδύρετό τε καὶ ἔςενεν. οἱ δὲ ἐν τῇ λίμνῃ βάτραχοι τὸν ςεναγμὸν τοῦτο ἀκούσαντες, ὥς δή τινες, φασιν, ἐκ τί ἂν ἐποίησας, εἰ τοσοῦτον ἐνταῦδα χρόνον διέτριβες, ὅσον ἡμεῖς, ὅτε σφὸς ὀλίγον πεσὼν, ὑπὸ ὀδύρῃ;

Ἐπιμύθιον.

Τοῦτο τῷ λόγῳ χρήσαιτ' ἂν τις πρὸς ἄνδρα ῥάθυμον, ὃς ἐν ἐλαχίσοις πόνοις δυσφορῶν τυγχάνει, αὐτὸς ἐν πολλοῖς ῥᾳδίως ὑφιςάμενος.

Asinus & corvus.

ASinus ulcerato dorso in prato quodam pascebatur. Corvo autem insidente ei, & ulcus percutiente, asinus rudebat ac saltabat. Sed agasone procul stante ac ridente, lupus præteriens ipsum vidit, & dixit, Miseri nos, quos si tantum viderint, persequuntur; huic autem & arridenr.

Affabulatio.

Fabula significat, maleficos homines, si tantum appareant, dignosci.

Asinus & vulpes.

ASinus & vulpes, inita inter se societate, exiverunt & venationem. Leo vero quum occurrisset ipsis, vulpes imminens periculum videns, profecta ad leonem, traditurum ei asinum pollicita est, si sibi impunitatem promiserit. Qui quum dimissurum eam dixisset, illa, adducto asino, in casses quosdam ut incideret, fecit. Sed leo videns illum fugere minime posse, primam vulpem comprehendit, deinde sic ad asinum versus est.

Affabulatio.

Fabula significat, eos qui sociis insidiantur, sæpe & seipsos nescios perdere.

Gallina & hirundo.

GAllina serpentis ovis inventis, diligenter calefacta excludit. Hirundo autem quum eam vidisset, ait, O demens, quid hæc nutris, quæ quum excreverint, à te primam injuriam auspicabuntur.

Affa-

Ὁ τὸν κάρφος.

ΟΝ ἁλιεὺς ἀγκίστρῳ τινὰ γνώτον, ἐν πυκνεμῶνι εἰς μέσην κάραβον δελεάσας αὐτῷ, καὶ τὸν ἕλκοντα ξαίνοντα, ὁ δὲ ὀργισθεὶς τὸν ἔλατο. Τῷ δὲ ὀνηλάτῃ παρρώσαντι σταλῶν καὶ γελῶντι, λύκος παριὼν αὐτὸν εἶδε, καὶ ἔφη, ἄθλιοι ἡμεῖς οἱ καὶ μόνον ὀφθῶμεν αὐτῷ διακόμεθα, τί τῷ δὲ προσγελᾶσιν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ κακεργοὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ μόνον φανέντες δῆλοί εἰσιν.

Ὁ τὴν ἀλώπηξ.

ΟΝ τὴν ἀλώπηξ κοπανίαν συνθέμενοι πρὸς ἀλλήλας, ἐξῆλθον εἰς ἄγραν. λίαν τοῖς αὐτοῖς προσιτυχόντος, ἡ ἀλώπηξ τὸ ἐπιτηδεύμενον ὁρῶσα κίνδυνον, προσελθοῦσα τῷ λέοντι, παρεδίδου αὐτῷ τὸν ὄνον ὑπέσχετο, ἐὰν αὐτὴ τὸν ἀκίνδυνον ἐπαγγείλητα. Τοῦ δὲ λύσειν αὐτὸν φήσαντος, ἐκείνη παραγαγοῦσα τὸν ὄνον, εἰς πλατὺ πάγιον ἐμπεσεῖν παρεσκεύασε. Τὸν δὲ λέοντα ὁρῶν ἐκεῖνον φεύγειν μὴ δυνάμενον, προσῆλθεν τῇ ἀλώπηκι συνεῖσχειν, ἵνθ' ὅπως ἐπὶ τὸν ὄνον ἐτράπη.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοῖς κοινωνοῖς ἐπιβουλεύοντες λανθάνουσι συλλάκις καὶ αὐτοὶ προσαπολλύντες.

Ὄρνις καὶ χελιδών.

ΟΡνις ὄφεως ὠὰ διῤῥῆξα, ἐπιμελῶς ἐκθρεψάμενα ἐξεκόλαψε. χελιδὼν δὲ θεασαμένη αὐτὴν, ἔφη, ὦ μαλακία, τί ταῦτα πρέφεις, ἃ πρὸ αὐξηθέντα τὸν σὸν θρέψαντι τὴν ἀδικίαν ἄρξεται;

Assabulatio.

Fabula significat, implacabilem esse pravitatem, licet afficiatur maximis beneficiis.

Camelus.

QUum primum visa est camelus, homines perterriti, & magnitudinem admirati fugiebant. Ubi vero procedente tempore cognoverunt ipsius mansuetudinem, confisi sunt eousque, ut ad eam accederent. At intellecto paulo post beluæ non inesse bilem, eo contemptus iere, ut & fræna ei imponerent, & pueris agendam traderent.

Assabulatio.

Fabula significat, terribiles res consuetudine contemptibiles fieri.

Serpens.

SErpens à multis hominibus pessumdatus, Jovem postulavit. Jupiter autem ad eum dixit, Sed si qui prior conculcavit, pupugisses, nequaquam id facere secundus aggressus fuisset.

Assabulatio.

Fabula significat, eos qui prius invadentibus resistunt, aliis formidolosos fieri.

Columba.

COlumba siti correpta, ut vidit quodam in loco poculum aquæ depictum, verum rata, atque multo elata impetu, imprudens in tabulam offendit, ut & pennis ipsius perfractis, in terram decideret, atque à quodam occurrentium caperetur.

Assa-

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἀπιθάνους ἐστὶν ἡ ὠμοτερία, καὶ τὰ μέγιστα διέρχεται.

Κάμηλος.

ΟΤι ποτὲ τὸν κάμηλον ἄρξῃ, οἱ ἄνθρωποι φοβηθέντες, καὶ τὸ μέγεθος καταπλαγέντες, ἔφυγον. ὡς δὲ χρόνῳ ποτὲ ἐντυχὼν, συνεθίσθη αὐτοῖς τὸ πρόσωπον, ἐθαρρήσαν μίσχειν τῷ ποσὶ τὸν ἄνθρωπον. αἰσθόμενοι δὲ καὶ μικρὸν, τὸ ζῶον ὡς χαλινῷ οὐκ ἔχῃ, εἰς τοσοῦτον καταφρονήσεως ἦλθον, ὥστε καὶ χαλινοὺς αὐτῷ ἐμβιβάσαντες, πασὶν ἐλαύνειν δεδώκασιν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὰ φοβερὰ τῶν πραγμάτων, ἢν συνήθεια ᾖ, καταφρόνητα ποιεῖ.

Ὄρνις.

ΟΦὶς ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων πατάσσεται, τὸν Διὰ ἐντυγχάνειν. ὁ δὲ Ζεὺς πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ἀλλ' εἰ τὸν πρότερον πατήσαντα ἔπληξας, οὐκ ἂν δεύτερος ἐπιχείρησε τοῦτο ποιῆσαι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τοῖς πρότερον ὀπισαίνουσιν ἀνθιστάμενοι, τοῖς ἄλλοις φοβεροὶ γίνονται.

Περιστερά.

ΠΕριστερὰ δίψῃ συνεχομένη, ὡς ἐπεκάλεσε ἔν τινι τόπῳ κατεῖδε ὕδατος λιγεσαμένου, ἐνόμισεν ἀληθινὸν εἶναι. διὸ καὶ πολλῷ τῷ ῥοίζῳ ἐνεχθεῖσα, ἐλάθεν ἑαυτὴν τῷ πίνακι ἐμπεσοῦσα, ὡς μὴ τὰ πτερὰ αὐτῆς ἐφικνεῖσθαι τοῦ ὕδατος καταπεσεῖν ἐπὶ γῆς, μὴ ὑπό τινος τῶν παρατυχόντων ἁλῶναι.

Affabulatio.

Fabula significat, nonnullos homines ob vehementes alacritates, inconsulto res aggredientes, injicere sese in perniciem.

Columba & cornix.

COlumba in columbario quodam nutrita, fœcunditate superbiebat. Cornix vero ea audita, ait, Sed heus tu, desine hac re gloriari: nam quo plures paris, eo plus mœroris accumulas.

Affabulatio.

Fabula significat, ex famulis quoque eos esse infeliciſſimos, qui in servitute multos liberos procreant.

Dives.

DIves duas habens filias, altera mortua, præficas conduxit. Quum vero altera filia dixisset, Ut nos miseræ, ipsæ ad quas pertinet luctus, lamentari nescimus, hæ vero non necessariæ sic vehementer plangunt! mater ait, Ne mirare, filia, si hæc ita lamentantur: nam numorũ gratia id agunt.

Affabulatio.

Fabula significat, nonnullos homines pecuniæ amore non vereri ex alienis calamitatibus quæstum facere.

Pastor.

PAstor actis in quercetum quoddã ovibus strata sub quercu esse, ascendit & fructũ decutiebat. Oves vero inter edendum glandes, nesciæ & vestes una devorarunt. At quũ pastor descẽdisset, ut quod erat

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων διὰ σφοδρὰς ἐπιθυμίας, ἀπερισκέπτως πράγμασιν ἐγχειροῦντες, ἐμβάλλουσιν ἑαυτοὺς εἰς ὄλεθρον.

Περιστερὰ καὶ κορώνη.

Περιστερὰ ἔν τινι περιστερεῶνι τρεφομένη, ὅτε τὸν νεοττὸν κτήσασθαι ἐφρυάττετο. κορώνη δ' αὐτῆς ἀκούσασα, ἔφη, ἀλλ' ὦ αὕτη, πέπαυσο ἐπὶ τούτῳ σεμνυνομένη ὅσα γὰρ ἂν πολέσῃ τίκτῃς, τοσούτῳ καὶ πολείους λύπας σωματεῖς.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τοῖς πολλοῖς δυσχεράναι εἰσιν, ὅσοι ἐν τῇ ἀκλείᾳ πολλὰ τέκνα ποιοῦσι.

Πλούσιος.

Πλούσιος δύο θυγατέρας ἔχων, τῆς μιᾶς ἀποθανούσης, θρηνούσῃ ἐπιβόησαλο. τῆς δὲ ἑτέρας σωφρόνως λεγούσης, ὡς αἰθλίαν ἡμᾶς, αἰγὰ αὐτὰ ὦν ἐστι τὸ πένθος, θρηνεῖν οὐκ ἴσμεν. εἰ δὲ μὴ σωφρόνουσα, ἔτυ σφοδρῶς κόπτοντα. ἡ μήτηρ ἔφη, μὴ φοίμαζε τέκνον, ἐπ' αὐτὰ ἔτω θρηνοῦσιν. ὅτι γὰρ ἀργυρίῳ τοῦτο ποιοῦσιν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων διὰ φιλαργυρίαν οὐκ οκνοῦσιν ἀλλοτρίας συμφορὰς ἐργολαβεῖν.

Ποιμὴν.

Ποιμὴν ἐλάσας εἰς πινα δρυμῶνα τὰ πρόβατα, ὑπορράσας τὸν δρυὸν τὸ ἱμάτιον, καὶ ἀναβὰς, τὸν καρπὸν κατίσθιε. τὰ δὲ πρόβατα ἐσθίοντα τὸν βαλάνους, ἔλαθον καὶ τὸ ἱμάτια συγκαταφαγόντα. ὁ δὲ ποιμὴν κα-

erat factum vidit, O pessima, ait, animalia! vos exteris vellera ad vestes præbetis, à me, vero qui vos nutrio, etiam vestem surripuistis.

Affabulatio.

Fabula significat, plerosq; homines ob dementiam, eos qui nihil ad se attinent beneficio afficientes, domesticos male tractare.

Piscator & cervus.

PIscator demisso reti in mare, retulit cervum: qui parvus quum esset, supplciter rogabat ipsum, ne tunc se caperet, sed dimitteret, quod parvus esset: at quum crevero, & magnus, inquit, evasero, me capere poteris, quoniam & majori tibi ero utilitati. Tum piscator ait, Sed ego demens fuerim, si, quod in manibus est, misso lucro, licet sit parvum, exspectando etiam magnum sperem.

Affabulatio.

Fabula significat, inconsideratum esse, qui spe majoris rei, quæ in manibus est amittat, quod parva sint.

Equus & Asinus.

HOmo quidam habebat equum & asinum. Cum autem iter facerent in via, ait asinus equo, Tolle à me oneris partem, si vis me esse salvum. Illo non persuaso, asinus cecidit, atque è labore mortuus est. Ab hero autem omnibus impositis ei, & ipsa asini pelle, conquerens equus clamabat, Hei mihi miserrimo, quid mihi obtigit afflicto? quia enim parum oneris nolui accipere, ecce omnia gesto, & pellem.

Affabulatio.

Fabula significat, si magni cum parvis jungantur, utrosque servari in vita.

Homo

ταξαὶ, ὡς εἶδε τὸ γηρυὸς, ὦ κήκιστα, ἔφη, ζῶα, ὑμεῖς πῖς λοιποῖς ἔρια εἰς ἰαθήπας παρίχεσθε, ἐμὲ δὲ πέφευτ☉ ὑφῶς καὶ τὸ ἱμάτιον ἀφείλεσθε.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθ☉ δηλοῖ, ὅτι καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων διὰ πλοῦτον, τὸν μηδὲν πορίσκοντας ὠφελοῦντες, καὶ τῶν ἰδίων φαῦλα ἰηγάζονται.

Ἁλιεὺς καὶ σμαρίς.

Ἁλιεὺς τὸ δίκτυον χαλάσας ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀνήισχε σμαρίδα. σμικρὸν δὲ ὕσα, ἱκέτευεν αὐτὸν μὴ λαβεῖν αὐτὴν, ἀλλ' ἐάσαι διὰ τὸ σμικρὸν τυγχάνειν· ἀλλ' ὅταν αὐξωθῶ καὶ μεγάλη, φησὶ, γένωμαι, συλλαβεῖν με δικαίως, ἐπεὶ καὶ εἰς μείζονά σε ὠφέλειαν ἰσομαι. καὶ ὁ ἁλιεὺς εἶπεν, ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἂν εἴλω, εἰ τὸ ἐν χερσὶ πορεῖς κέρδ☉, καὶ σμικρὸν ὄν, τὸ πορσδοκώμενον κρεῖττον μέγα ὑπάρχειν ἐλπίζειν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθ☉ δηλοῖ, ὅτι ἁλίσιμ☉ ἔγειν, ὁ δὲ ἐλπίζων μείζον☉, τὰ ἐν χερσὶν ἀφεὶς σμικρὰ ἅπτα.

Ἵππ☉ καὶ ὄν☉.

Ἄνθρωπός τις εἶχεν ἵππον καὶ ὄνον. ὁδοιπόρων δὲ, ἐν τῇ ὁδῷ, εἶπεν ὁ ὄν☉ τῷ ἵππῳ, ἄρον ἐκ τῆς ἐμῆς βάρος, εἰ θέλεις ἔγειν με σῶν. ὁ δὲ οὐκ ἐπείθη. ὁ δὲ ὄν☉ πεσὼν ἐκ τῆς κόπης ἐτελεύτησε. τῆς δὲ δεσπότης πάντα ὀθνεῖα ἐπέθηκε αὐτῷ, καὶ ἀμφὶ τὸν ὄνον δορὰν. θεασάμενος ὁ ἵππ☉ ἀβέβαιον, εἶπεν πῷ παναθλίῳ, τί μοι συμβέβηκε τὰ παλαιπώρια; μὴ θέλησας γὰρ μικρὸν βάρ☉ λαβεῖν, ἰδοὺ ἅπαντα βαστάζω, καὶ τὸ δέρμα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθ☉ δηλοῖ, ὅτι τοῖς μικροῖς οἱ μεγάλοι συμπαθοῦντες, ἀμφοτέρους σωζόμενους ἐν βίῳ.

Homo & satyrus.

HOmo quidam cum satyro inita societate, una cum eo comedebat. Hyems vero & frigus cum accessisset, homo manus suas admotas ori afflabat. Rogante autem satyro, quam ob causam hoc faceret, ait, Manus meas calefacio propter frigus. Sed paulo post edulio calido allato, homo admotum ori insufflabat ipsum. Rogante rursus, cur id faceret, ait, Ferculum frigefacio. Suscepto sermone satyrus, Sed ego, ait, posthac renuncio tuam amicitiam: quia ex eodem ore & calidum emittis, & frigidum.

Affabulatio.

Fabula significat, fugere nos amicitias oportere, quarum anceps est affectio.

Vulpes & lignator.

VUlpes venatores fugiens, & in deserto multa decursa via, virum lignatorem in eo invenit, cui supplicabat ut se absconderet. A quo ei ostenso suo tugurio, ingressa delituit in angulis. At venatoribus profectis, & virum rogantibus, hic voce quidem negabat scire quicquam, sed manu locum ejus demonstrabat. Hi vero quum non advertissent, confestim abiere. Ut igitur vidit eos vulpes præteriisse, exivit nihil alloquuta. Illo autem ipsam accusante, quod servata à se gratias sibi non ageret, vulpes conversa inquit, Heus tu, ego vero egissem tibi gratias, si verbis similes & manuum gestus, & mores habuisses.

Affabulatio.

Fabula in eos qui verbis quidem utilia promittunt, sed contra rebus faciunt.

Homo

Ἄνθρωπος καὶ σάτυρος.

Ἄνθρωπός τις τῷ σατύρῳ φιλίαν συνεποιήσατο, σωτηρίαν λιπαίνων ἑαυτῷ. χειμῶνος δὲ καὶ ψύχους γενομένου, ὁ ἄνθρωπος τὰς χεῖρας αὐτὰ τῷ στόματι ἐθέρμαινε καὶ πέπνει. ἐρομένου δὲ τοῦ σατύρου ἐπὶ τίνι τοῦτο ποιοίη, ἔφη τὰς χεῖρας μὲν θερμαίνειν ἐκ τοῦ κρύους. μικρὸν δὲ ὑστέρησαν θερμῶς ὑποδεχθέντος, ὁ ἄνθρωπος τῷ στόματι τὸν ζωμὸν ἐθέρμαινε καὶ ἐφύσα αὐτόν. θαυμάσαντος δὲ πάλιν διὰ τί τοῦτο ποιοίη, ἔφη, τὸ ἔδεσμα καταψύχειν. ἀπολαβὼν δὲ ὁ σάτυρος, ἀλλ' ἔγωγε, ἔφη, ὦ ξένε, οὐ τῆς φιλίας, ὅτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ φεύγειν ἡμᾶς τὰς φιλίας, ὧν ἀμφίβολός ἐστιν ἡ διάθεσις.

Ἀλώπηξ καὶ δρυοτόμος.

Ἀλώπηξ κυνηγὸν φεύγουσα, καὶ ἐν ἐρημίᾳ γενομένη δρυοτόμον ἀνύουσα, ἄνδρα δρυοτόμον, ἐρομένη ἐν ταύτῃ ἂν κρυβείη τις. ὁ δὲ ὑποδείξαι βουλόμενος αὐτῇ τὴν ἑαυτοῦ καλύβην, εἰσελθεῖν ἐκέλευσε. τῆς δὲ κυνηγετοῦντας ἐλθόντας, καὶ ἐρωτῶντες εἰ ἀφῖκται τοῦτον τὸν τόπον ἐκείνην, οἱ δὲ μὴ φῆσαι εἰδέναι, τῇ δὲ χειρὶ αὐτὸν τὸν τόπον ὑποδείκνυσιν. οἱ δὲ μὴ προσέχοντες, ἀπῆλθον πρὸς χρῆμα. ὡς δὲ ἐκεῖνοι ἀπῆλθον, ἡ ἀλώπηξ παρελθόντας ἠξίου λέγειν οὐ πρόσφατα. μεμφομένου δὲ αὐτὴν ἐκείνου, ὡς σωθεῖσαν μὴ διαλέγοιτο, χάριτας δὲ αὐτῷ οὐκ ὁμολογοῦσαν. καὶ ἀλώπηξ ὅπισθεν ἀφεῖσα ἔφη, ὦ ξένε, ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἤθελον σοὶ χάριτας, εἰ μὴ τὰ λόγια ἅμα ἐκ τοῦ ἔργου σου τῆς χειρὸς, καὶ τὸν τρόπον εἶχες.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς τοὺς χρηστὰ μὲν ὑποσχομένους, τοῖς λόγοις δὲ μὴ τὰ ἔργα συμφωνοῦντας τοῖς ἔργοις.

Ἄνθρωπος

Homo perfractor ſtatuæ.

HOmo quidam ligneum habens deum, ſupplicabat ut ſibi benefaceret. Cum igitur hæc faceret, & nihilominus in paupertate degeret, iratus elevatum ipſum cruribus, projecit in pavimentum. Illiſo igitur capite, ac ſtatim diffracto, auri quam plurimum effluxit. Quod ille jam cum colligeret, exclamabat, Perverſus es, ut puto, & ingratus: colenti enim mihi nequaquam profuiſti, verberanti autem te multa donaſti bona.

Affabulatio.

Fabula ſignificat, non profuturum te tibi honorando pravum hominem, ſed verberando ipſum profuturum magis.

Homo & canis.

HOmo quidam parabat cœnam, accepturus amicum quendam ſuum & familiarem. Canis item ipſius alium invitans canem dicebat, O amice, veni, cœna una mecum. Is cum acceſſiſſet, lætus adſtabat, magnam ſpectans cœnam, ſecum loquens, Papæ, quanta mihi lætitia nuper derepēte oblata eſt? nam & nutriar, & ad ſatietatē cœnabo, ita ut nullo modo cras eſuriam. Hæc ſecum dum diceret canis, ſimulque moveret caudam, ut qui jam amico fideret, coquus, ut vidit ipſum huc & illuc caudam circumagentem, arreptis ipſius cruribus, ejecit ſtatim de feneſtris. At is quum decidiſſet, abibat vehemēter exclamans. Sed canum quidam quū illi in via occurriſſet, percontabatur. Ut belle cœnatus es, amice? Qui reſpondens ei dixit, Multo potu inebriatus ſupra ſatietatem, ne ipſam quidem viam qua egreſſus ſum, novi.

Affabulatio.

Fabula ſignificat, non oportere confidere iis qui ex alienis benefacere pollicentur.

Piſca-

Ἄνθρωπος καταδραύσας ἄγαλμα.

Ἄνθρωπός τις ξύλινον ἔχων θεὸν, καθικέτευε τὸν ἀγαλμα ποιῆσαι αὐτῷ. ὡς οὖν ταῦτα ἐπραττεν, καὶ ἐδέετο ἐκεῖνον ἐπανορθοῦσθαι, συμπεσὼν, ἅμα αὐτῷ τὸ σκέλος, ἔρριψεν εἰς τὸ ἔδαφος. θορυβηθέντος οὖν τοῦ καλλιτέχνου, καὶ αὐτίκα κλαυθμοῦ, χρυσὸς ἔρρευσεν ὅπου σκέλος. ὁπόθεν δὴ ζωάγρια ὁ ἄνθρωπος ἐδέξατο, σκληρὸς ὑπάρχειν ὡς γοῦμαι, καὶ ἀγνώμων. τιμωρητά σε γὰρ ἥκιστά με ἀφέλησας, τυπτήσαντα δὲ σε πολλοῖς καλοῖς ἀμείβῃ.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἐκ ἀφελήσῃ τιμῶν πονηρὸν ἄνθρωπον, τύπτων δὲ αὐτὸν μᾶλλον ὠφελήσῃ.

Ἄνθρωπος καὶ κύων.

Ἄνθρωπός τις ἡτοίμαζε δεῖπνον, ἱστᾶσιν πυκνὰ τοὺς φίλους αὐτοῦ καὶ οἰκείους. ὁ δὲ κύων αὐτῷ ἄλλην κύνα ἐκάλει, λέγων, ὦ φίλε; δεῦρο ζωοδείπνησόν μοι. ὁ δὲ προσελθὼν, χαίρων ἵστατο, βλέπων τὰ μάγειρον δεῖπνον, βοῶν ἐν τῇ καρδίᾳ, βαβαὶ, ὡς ὅσην μοι χαρὰν ἄρτι ἐξαπίνης ἐφάνη. παφήσομαί τι γὰρ, καὶ εἰς κόρον δειπνήσω. ὥσε μὲ αὖρον μηδαμόθεν φυσήσαι. ταῦτα καθ' ἑαυτὸν λέγοντα τὸν κύνος, καὶ ἅμα σείοντα τὸν κέρκον, ὡς δὴ εἰς τὸ φίλον θαῤῥοῦντα. ὁ μάγειρος ἀΐσσει εἰδὼς τὸν ὦδε κἀκεῖσε τὸν κέρκον φορυμένοντα, κατασχὼν τὰ σκέλη αὐτοῦ, ἔῤῥιψε παραχρῆμα ἔξω τὸν θυρίδων. ὁ δὲ κατὰν, αἰπήλ μεγάλως κεκράζων. καὶ τις δὲ κυνῶν τῶν καθ' ὁδὸν αὐτῷ ζωαντούντων, ἐπηρώτα, πῶς ἐδείπνησας φίλε; ὁ δὲ φὼς αὐτὸν ἀπολαβὼν, ἔφη, ἐκ τῆς πολλῆς φόσεως μεθυθεὶς νῦν κύων, ἐδὲ τὸν αὐτῷ ὅδεν ἐξῆλθον, εἶδα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὁ δεῖ θαῤῥεῖν τοῖς ἐξ ἀλλοτρίων ἢ ποιεῖν ἐπαχθύνομένοις.

Ἀλιεύς.

Piſcator.

